

Sacramentum gratie pabulum amoris.  
Aue manna celicum verius legali.  
Datum in viaticum misero mortali.  
Medicamen mysticum morbo spiritali.  
Morde dans catholicum vite immortalis.  
Aue corpus domini munus eternale.  
Caro iuncta numini nobile iocale.  
Quod reliquit homini in memoriale.  
Cum finalis termini mundo dixit vale.  
Aue plenum gaudium vita beatorum.  
Pauperum solacium bonor miserorum.  
Grande privilegium est hoc viatorum.  
Quorum sacrificium est merces celorum.  
Aue virtus fortium obuians ruine.  
Turris et presidium plebis peregrine.  
Quam in sultu honestum frangere non sine.  
Ne vis maglinantium preeat diuine.  
Hic iesu veraciter duplex est natura  
Non est partialiter: nec solum figura.  
Sed essentialiter caro christi pura.  
Latet integraliter breui sub clausura.  
Celo visibiliter caro christi sita.  
Forma panis aliter latet hic vestita.  
Solutus nouit qualiter hanc. qui potuit ita.  
Potestqz faciliter virtus infinita.  
Sumptum non consumitur corpus saluatoris  
Idem totum sumitur omnibus in horis.  
Forma panis frangitur dente comestoris.  
Virtus carnis fugitur morsibus amoris.  
Christus nichil patitur huius lesionis.  
Forma panis soluitur vi digestionis  
Tunc si christus queritur: est in celi thronis.  
Sicut vult hinc tollitur datis vite donis.  
Hoc ardoris calculo veni nos ignire.  
Hoc amoris stimulo frange motus ire.  
Et eodem ferculo quo nos vis nutrire.